

SECYNDI PARALI.

David priora & posteriora: ecce ipsa scripta sunt in libro Samuelis videntur. Quanuis apud hebreos tam primus quam secundus liber regum Samuelis nomine sit insignitus: ex eo tamen q. Samuel mortuus est ante regē Saulem & gesta Daudis scripta in secundo libro fuerunt post mortem Saulis, patet quod liber secundus non potest attribui Samueli tanquam authoris. Forte uterq; liber attribuitur Samueli tanquam materiae, eo quod utriusq; libri materia est Samuel & opera eius: Saul videlicet & David: fuerunt enim ambo reges quasi creature Samuelis & præter hoc incepit ipse Samuel scribere hos liberos; & in primo quidem libro scripta sunt priora gesta Davidis, in secundo autem (cuius author nescitur) scripta sunt posteriora. & in libro Nathā propheta & in verbis Ghad videntur. Caremus libro tam Nathan quam Ghad. quomodo autem fuerint perditū aut quando, nescimus: neque enim apud hebreos inueniuntur. Cum toto regno eius & potentia eius: et temporibus que transierunt super eum & super Israel, & super omnia regna terrarum. Finitur primus liber parali. Romæ, die decimaseptima Ianuarii. 1532.

THOMAE DE VIO
CAIETANI CARDINALIS
SANCTI XYSTI, IN SECUNDVM
librum Paralipomenon commentarij.

Roborat⁹ est ergo Selomo filius David in regno suo: & dominus erat cū eo. Deficiunt dux dictiones: legendum est. & Iehouah Eloha eius cū eo, & magnificavit eum in excelsum. Deo attribuitur gradire Salomonem, & Salomon describitur cultor summi Dei. præcepitq. Heb. habet. Et dicit Selomo. simplici enim verbo sat erat innuere. vniuerso Israeli: tribunis & centurionibus & iudicibus & omnibus duicibus totius Israei capitibus familiarum. Constructio est appositiva, ad declarandum quod non inuitauit vniuersum Israelem in seipso populo, sed in tribunis, centurionibus &c. Iustique Selomo

CAPVT I.

381

& tota congregatio cum eo ad excelsum quod erat in Ghibbon. Historia hæc tractata est. 3. reg. cap. 3. vbi erat tabernaculum fædus Dei. Hebraicè habetur. quia ibi fuit tentorium adunationis Dei quod fecit Moses seruus Dei in deserto. Vide quanto tempore durauit tabernaculum factum à Moysi in deserto. Arcam autem Dei. Nomen est Elohim. ascendere fecerat David de Cœl*i*ath*i*ies harim, cum prepararet ei David; quia exiedit ei tentorium in Ierusalem. De hac deductione arca scriptum est & in primo libro cap. 13. & in secundo regum cap. 6. hic autem commemo-ratur ad manifestandum quod Salomon eunte ad tabernaculum Dei factum à Moysi, non erat arca Dei in illo tabernaculo, sed in Sion. Et altare æneum quod fecerat Bezal^{el} silius Uri filius Chur, ibi erat coram tabernaculo domini: requisitusque illud Selomo & congregatio. Ascenditque Selomo illuc ad altare æneum coram domino, quod erat tentorio adunationis: & obtulit super illud holocausto mille. Ratio ascéndēdi ad excelsum Ghabaon, redditur oblatio super altare illud. Nec sis ita rudis ut intelligas regē obtulisse per seipsum holocausta: sed secundum legis morem mediis sacerdotibus.

In nocte illa apparuit Deus Selomoni. Nomen est Elohim: quod etiam repetitur cum subiungitur quod dixit Salomon Deo. dixitque ei, pete quod dem ibi. Dixitque Selomo Deo: tu fecisti cum David patre meo misericordiam. Hebraicè habetur. gratiam magnam, & regnare fecisti me pro eo. Et similiter cum dicitur. & nunc igitur domine deus impletatur sermo tuus quem pollicitus es David patrem meo. Hebraicè habetur. Nunc Iehouah Elohim, firmetur verbum tuum cum David patre meo. Interpres addidit reliqua. tu enim regnare fecisti me super populum multum sicut puluerem terre. Modus loquendi hyperbolicus est. Damibi sapientiam & intelligentiam. Legendum esset. Nunc sapientiam & scientiam damibi, ut scire referatur ad notitiam, sapere autem ad iudicium. & egrediar coram populo isto & ingrediar. Vniuersae actiones comprehenduntur sub introitu & exitu. quis enim iudicabit populum tuum hunc magnum? Dixit autem Deus Selomoni. Nomen est Elohim. quia hoc placuit cordi tuo & non postulasti diuinias & substantiam & gloriam. Hebraicè habetur. diuinias, gemmas, & honorem, & animas odiuentium te, & etiam dies multis non postulasti: & postulasti tibi sapientiam & scientiam quibus indices populum meum super quem regnare feci te. Sapientia & scientia dare sunt tibi; Diuinitasque

SECVNDI PARALL.

& gemmas & honorem dabo tibi, ita quod non fuit sic regibus qui fuerunt ante te, nec post te erit sic. Venitque Selomo ab excelso quod erat in Ghibbon in Ierusalaim, coram tabernaculo faderis. Hebraicè habetur. à facie tentori adunationis. significatur enim terminus à quo venit in Ierusalem. & regnauit super Israhel.

Congregauitque Selomo currus & equites. Ex capitulo decimo tertii regum sumpta sunt subiuncta. & fuerunt ei mille & quadringeni currus & duodecim millia equitum: & posuit eos in ciuitatibus curruum & cum rege in Ierusalaim. Prebitique rex argentum & aurum in Ierusalaim sicut lapides: & cedros prebuti sicut sycomorus que nascuntur in canpestribus in multitudine. Adducebantur autem ei equi de Aegypto & de Choa à negotiatoribus regi: qui ibat & emebant precio. Hebraicè habetur. Et exitus equorum qui Selomoni ex Aegypto & adunatio: mercatores regis accipient adunationem in precio. Vide hæc correcta & exposta. ; Reg. cap. 10. Quadrigam equorum sexcentis argenteis, & equum centū quinquaginta: similiter de vniuersis regnis Cethorū, & à regibus Syriae emptio celebrabatur. Hebraicè habetur. Ascenderuntque & eduxerunt ex Aegypto quadrigam in sexcentis argenteis, & equū in centum & quinquaginta: & sic omnibus regibus Chittim & regibus Aram in manu sua facient exire. Correcta & exposta est similiter hæc litera in tertio regum.

CAPVT II.

Becreuit autem. Hebraicè habetur. Et dixit Seloma. exterior siquidem actus dicendi ut fieret significatur. adificare domum nomini domini, & palatin sibi Hebraicè habetur. & domum regnosuo. Non digna regno visa est domus adificata à Davide: & propterea dignam regno domum Salomon sibi adificauit. Numerauitque Selomo septuaginta millia virorum portantium humeris. Hebraicè habetur. virorum oneris. ita quod describuntur septuaginta millia virorum oneris: siue veherent siue portarent, omnes ad onera deputati comprehenduntur. et olliginta milia virorum qui caderent lapides in montibus. Superfluit lapides. caesores enim in monte nominantur siue lapidum siue lignorum: nam & in hoc capitulo Salomon dicit se missurum seruos suos ad cædendum ligna. Ex 3. Reg. 5. sumpta sunt hæc & quæ subiunguntur. & præpositorū super eos triamillia & sexcentos.

Misit quoque Selomo ad Churam regem Tyri discendo: sicut fecisti David patrem meo, & misisti ei cedros ad adificandum sibi domum in qua & habitauit. Hebraicè habetur. ad habitandum in

CAPVT II.

382

ea. Similiter quid subiungitur. Sic fac mecum ut adificem domum nomini Dei mei & consecrem eam. Hebraicè habetur. Ecce ego ædificans dominum nomini Iehouah Elohe mei ad sanctificandum eis. Domus Davidis ædificata erat ad habitandum: domus autem Dei ædificatur non ipse Deo, sed nomini eius ad sanctificandum illud. ad hoc enim sunt tempa ut nomen Dei fiat sanctum: hoc est mundum & eleuatum publicè. ipse enim cultus in templo exhibitus ad hoc ordinatur: & propterea subiungitur cultus. ad adolendum incensum coram illo & fumigandū aromata. Iuxta Heb. habetur. ad suffidum coram eo suffimentū aromatum. unica siquidē sacrificii species describitur. & ad propositionem panum sempiternam. Heb. habetur. & ordinationē cōtinuā. quam interpres intellexit ordinationem panum iugē in mēsa propositionis. & holocausta mane & vesperi, ad sabbata & ad calendas. & ad solemnitates domini Dei nostri: in sempiternum hoc mādatum est Israheli. Et domus quā adificare cupio, magna est: quia magnus est deus noster praे omnibus diis. Quis ergo obtinebit vires ad ædificandum ei dignam domum. Superfluit digna: si calum et cœlē calorum non capiunt eum, quis ego sum ut adificem ei domum nisi ad suffidum coram eo? Nunc igitur mitte mihi virum eruditū. Heb. habetur. virum sapientem, qui longe maior est erudito. ad operandum in auro, & argento, & aere, & ferro, & pupura, & coccino, & hyacintho, & scientem sculpare calaturas: cum his artificibus. Hebraicè habetur. cum sapientibus qui sunt mecum in Iehuda & in Ierusalaim, quos præparauit David pater meus. Non qualescunque artifices, sed sapientes se habere fatetur: mittit tamē pro sapientissimo nominato in Tyro. Mitieque mihi ligna cedarina & archetina. Hebraicè habetur. & abiegnā. hoc est ligna abietis, & pinea de Lebanon. De hoc ligno discordant interpres sed de nominibus propriis non sit quæstio, scio enim quod serui tui sciunt cädere ligna Lebanon, & erunt serui mei cum seruis tuis. Hinc appetat quod Salomon unam partem numeratorum centum & quinquaginta millium misit ad Libanum pro lignis. Ad parandum mihi ligna in multitudine: quia domus quam cupio adificare, magna est nimis & inclita. Hebraicè habetur. magna & mirabilis, dignam enim admiratione domum intendebat facere. Et ecce pro casib[us] lignorum serui tuis dabo in cibaria tritici choros viginti millia & hordei choros totidem. Hebraicè habetur. dedi granorum tusorum mensuras viginti millia & hordei mensuras viginti millia.

Non

SECUNDI PARALI.

Non dicit granorum molitorum (hoc est farinæ) sed granorum tuforum, hoc est semifractorum. insinuatur enim hinc quod ad visum pulmenti hæc erant, non ad conficiendum panem. Species autem mensuræ (puta chorus, ut cōmuniter intelligitur) incerta mihi est. olei quoque sata viginti millia. Deficit prouisio vini: nā hebraicè prius scribitur. & vini mēsuræ viginti millia, & olei mensuræ viginti millia. Vnde & inferius cū scribitur executio, narrantur quatuor (triticum, hordeum, vīnum & oleum) in hoc eodem capitulo.

Dixit autem Churam rex Tyri per literas quas misit ad Selomonem: quia dilexit dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum. Dixitque Churam: benedictus dominus Deus Israel qui fecit celum & terram, qui dedit Davidi regi filium sapientem & eruditum & sensatum atque prudentem. Hebraicè habetur. filiū sapientem, scientem intellectum & intelligentiam, ut intelligētia referatur ad intelligentium inuenta ab aliis, intellectus autem ad noua inuenientum. ut adificaret domum domino & palatium sibi. Hebraicè habetur, qui adificabit domū Iehouah & domum regno suo, quod superioris exposuimus. Misit ergo ibi virum prudentem & scientissimum, Hiram fabrum patrem meum. Hebraicè habetur. Et nunc misi vitum sapientem scientem intelligentiam, Churam patrem meum. Nō solum laudat hunc artificem & quo ad sapientiam in iudicando & ordinando, & quo ad sc̄ientiam in cognoscendo & penetrando quæcūque intelligenda sunt, sed etiam honorat eum appellādo patrem suum. senex enim magnæ famæ in operabilibus erat. filiū mulieris de siliabus Dan: & pater eius fuit vir Tyrius. Ut in 3. Reg. cap. 7. diximus, pater istius erat hebræus de tribu Neptalem, Tyrius tamen (quemadmodum Paulus hebræus erat, & tamen Tharsensis) quia erant nati in Tyro habitantes, qui nouit operari in auro & argento, & are, & ferro, & lapidibus, & lignis, & purpura, & hyacintho, & bysso, & coccino, & sculpare omnem cælaturam, & adiunire prudenter quodcumque in opere necessarium est. Iuxta Hebræum habetur. & cogitare omnem cogitationem quæ dabitur ei, hoc est ad ex cogitandum omne cogitabile quod pertinet ab eo in huiusmodi. cum sapientibus tuis & sapientibus domini mei David patri tui. Granum ergo & hordeū & oleum & vinum que dixit dominus meus, mittet seruis suis. Et nos cædemus ligna de Lebanon iuxta omnē indigeniam tuā, & faciemus venire ea tibi ratibus super mare Lapho: tu ascendere facies ea in Ierusalaim.

Num-

CAPVT III.

383

Numeravitque Selomo omnes vitos proselytos. Hebraicè habetur. peregrinos, ut etiam superius diximus, qui erant in terra Isracl post dinumerationem qua dinumerauit eos David pater eius: & inueniuntur centum & quinquaginta millia, & tria millia & sexcenti. Feicitque ex eis septuaginta millia qui humeris onera portarent. Corrigenda est hæc litera quæadmodum & in principio hujus capituli: nam Hebraicè habetur. septuaginta millia oneris. Et similiter nihil subiungitur de cæsoribus lapidū: sed dicitur. & octoginta millia cæsorum in monte. Nec mireris si multa petravimus, quia non ducimus repetenda scripta in tertio regum. tria autem millia & sexcentos prepositos ad faciendum operari populum.

CAPVT III.

 Oepitque Selomo adificare domū domini in Ierusalaim in monte Mori'ah. Lege capitulum vigesimum secundum Genesim: & inuenies iuxta hebraicam veritatem Abraham missum à Deo ad terram Mori'ah ut ibidem immolaret Ishac: ut conferendo hūc textum cum illo, videas eundem esse locum immolationis Ishac & locum in quo adificatum est templum à Salomone, qui demonstratus fuerat David pater eius, quando vidit angelum percutientem Ierusalem. Vnde & subditur. in loco quem paraverat David in area Ornan Iebusæi. Lege superius in primo libro calcem capituli 21. & initium cap. 22. & inuenies Dauidem postquam sacrificauit in area Ornan Iebusæi, intellexisse & dixisse hæc est domus Dei. ex tūc enim paravit aream illam pro loco templi adificandi. Capit autem adificare in mense secundo. Deficit in secunda. hoc est in secunda die mensis secundi, secundum ordinem mensum anni incipientis à primo vere: secundo igitur mense veris fundatum est templum. in anno quarto regnisi. Iunge istis scripta 3. Reg. 6. vbi hæc eadem tractata sunt.

Et hæc sunt fundamenta quæ fecit Salomon ut adificaret domum Dei. Iuxta Hebræum habetur. Et iſtu fuit fundatus Selomo ad adificandum domum Elohim. Pronomen istius demonstrat subiunctas mensuras longitudinis &c. quibus innixus est Salomon ad adificandum domum Dei. longitudinis cubitos in mensura prima sexaginta. Hebraicè habetur. longitudo cubitorum in mensura prima cubitorum sexaginta. Aduerte prudēs lector non facile fuisse diuinare quid significatur per mensurā primam,

nisi

nisi inter repetitos cubitos scripta esset. ex eo enim q̄ dicitur lōgitudo cubitorū in mensura prima cubitorū sexaginta; insinuat q̄ mēsura prima refertur ad ipsum cubitū; hoc est quōd erant multe mensuræ cubiti, quōd erat cubitus primæ mensuræ, & cubitus posterioris mensuræ, erat cubitus antiquæ mensuræ & erat cubitus nouæ mensuræ variata. siquidē erat mensura cubiti; & ad differētiā cubiti nouæ mensuræ scribitur quōd longitudine erat cubitorum in mensura prima cubitorum sexaginta. & latitudo cubitorum viginti. Porticus vero que erat super faciem longitudinis super faciem latitudinis domus erat cubitorum viginti; & altitudo cemum & viginti. Tertijs reg. 6. altitudo scribitur triginta cubitorū. Sed nulla est cōtrarietas: eo quōd hic scribitur altitudo totius adificij tēpli à fundamento vīque ad supremū tectū: ibi vero vīque ad primum tectū duntaxat, quod erat tectū ipsius tēpli. Inter tectū enim tēpli & summitatē adificij erant multæ contignationes mediae, in quibus recōditi erant diuersi thesauri ipsius tēpli erat enim totum templi adificium tāquam turris non quadrata, sed quadrangula. & vestiuit eam intrinsecus auro mundo. Intellige hoc non de toto adificio: sed de domo Dei cuius altitudo triginta duntaxat erat cubitorum, vt dictum est.

Domum quoque maiorem, Hebraicē habetur. Et domū magnā texit lignis abiegi. Cum prius descriperit quasi cōfusè totum adificiū, modò describit partes templi distinguias in domum magnā & in domum sancti sanctorum. & domum magnam appellat primam templi partem lōgitudinis quadraginta cubitorum: reliquam vero partem quadratam (vpote viginti vndique cubitorum) appellat domum sancti sanctorum. & laminas auri obriz i affixit per totum. Hebraicē habetur. & texit eam auro bono. nihilque dicitur de laminis. sculpsitq̄ in ea palmas & quas catenulas seiuicem complectentes. Hebraicē habetur. & ascendere fecit super eam palmas & catenas. Pronomen eam aneps est: eo quōd hebraicē potest referri tam ad domum quam ad aurum. & quanuis certū sit quōd ideo describitur palmae & catenæ ascendentēs eo quōd prominebāt in interna superficie, certum tamen nō est an huiusmodi palme & catenæ incisa essent in lignis an in auro: ambiguo enim de laminis in domo magna. Struit quoque paumentum tēpli preciosissimo marmore decorē multō. Hebraicē habetur. Et vestiū domum lapide preciosō pro gloria. quod interpres intellexit de

pau-

pauimento, & rationabiliter: alioquin nō fuisset ad gloriam: nam parietes tegebantur lignis & auro. porro aurum erat probatissimum. Hebraicē habetur. & aurum aurum Parvum. Non men proprium loci dicitur. De cuius laminis texit domū & trabes eius & postes. Hebraicē habetur. Et texit domum, trabes, postes & parietes eius, & ostia eius auro. Appositua est constructio declarans domum per partes & cœlauit Cherubim super parietes. Fecit quoque domum sancti sanctorum, cuius longitudine erat iuxta latitudinem domus cubitorum viginti, & latitudo eius cubitorum viginti: & laminis auris texit eam quasi talentis sexcenti. Hebraicē habetur. & texit eam auro bono talentis sexcenti. Ista talentorum supputatio insinuat quōd laminis aureis tecta est domus sancti sanctorum: & per argumentum à contrario, quōd domus grandis non laminis aureis, sed glutino auro erat operata. & multo magis tabernaculum Mosis erat sic opertum auro etiam in sancto sanctorum, quia totum portatile erat: quāuis super pentateuchum fecutus alios, aliter scripserim. Et clausos fecit aureos ita vt singulū clavi sculos quinquagenos appendarent. Hebraicē habetur. Et pondus clavorum scili quinquaginta auri. Vtrum autem pondus cuiusque clavi significetur, non explicatur. ex eo tamen quōd modicum pondus esset clavorum omnium, intelligimus quemlibet clavū appéndisse quinquaginta sculos, canacula quoque. Hebraicē habetur. & tecta texit auro. omnes enim partes tecti significantur opertæ auro.

Fecitque in domo sancti sanctorum Cherubim duos opere statuari. Hebraicē habetur. opere puerorum. Quanvis statuæ angelorum essent magnæ altitudinis, quia tamen imberbes erant & facies similes pueris habebant, ideo describūtur opere puerorum facti. & vestiuerunt eos auro. Et alarum Cherubim longitudine erat cubitorum viginti: ala una cubitorum quinque tangebat parietem domus, & ala altera cubitorum quinque tangebat alam Cherub alterius. Et ala Cherub unius cubitorum quinque tangebat parietem domus: & ala altera quinque cubitorum, iuncta erat ala Cherub alterius. Aliae igitur Cherubim istorum expansæ erant per cubitos viginti: ipsi autem stabant erectis pedibus. Iuxta Hebræum habetur. & ipsi stantes super pedes suis. Non stabant erectis pedibus, sed super ipsos pedes: hoc est habentes utrumque pedem super terrā. Aduerte hic quōd neque hic neque in lib. reg. narratur quōd Salomon fecerit Cherubino decretos in lege Mosis, seiuicem respicientes sustineat.

SECVNDI PAR AL.

sustinentes propitiatorum: sed quemadmodum tacetur utroque propitiatorium, ita silentio inuoluuntur Cherubini aurei ex auro ductili sustentantes propitiatorium. Cherubini enim in litera explicati erant lignei, deaurati tamen: ut patet in libro Regum: Confer scripta in Exodo cum scriptis in libro Regum. & videbis quae dicimus. & facies eorum versa erant ad exteriorum domum. Fecit quoque velum ex hyacintho & purpura & coeco & byso: & intexuit ei Cherubim. Ut seruaret legem Mosis fecit velum simile velo factio a Mose, an autem hoc velum positum fuerit intra sanctum sanctorum an in superficie exteriore lignei intersitij inter sanctum & sanctum sanctorum, scriptum non est.

Fecit etiam ante dominum columnas duas, altitudinis triginta quinque cubitorum. Tertijs Regumi septimo dicitur quod altitudo columnarum erat decem & octo cubitorum. Solutio est quod ibi est sermo de quantitate corporis columnarum duntaxat: hic autem est sermo de toto opificio columnarum, quod constabat ex partibus quatuor: videlicet basi, columna, capite & corona. vniuersum enim hoc triginta quinque cubitorum erat. porro capitella earum quinque cubitorum. Iuxta Hebreum habetur. & operculum quod super caput eius cubitorum quinque. De hac corona diffusè scriptum est in tertio libro Regum cap. 7. Necnon & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum: malogranata etiam centum, quae catenulas interposuit. Hebraicè habetur. Et fecit catenas in Deuir, & dedit super caput columnarum: & fecit malogranata centum, & dedit in catenis. Litera ista obscura valde redditur ex contextu: quia inter describendum columnas texitur, & tamen tractat de loco appellato Deuir (quod communiter interpretatur oraculum) unde diuina prodibant responsa. columnæ siquidem extra totum templum erant: Deuir autem erat propitiatorium. quomodo ergo verificatur quod fecit catenas in Deuir, & posuit super caput columnatum? Solutio est quod Deuir non est hic nomen loci, sed officij: ut sit sensus. & fecit catenas in Deuir, hoc est in mysterio sermonis diuinis: vt videlicet catena ipsa loquerentur futuram regni captiuitatem. Et iuxta hunc sensum nulla fit digressio: sed ratio numeri malogranatorum redenda restat. nam in libro Reg. duecenta malogranata in qua libet describuntur corona: hic autem centum. Solutio est quod ibi describuntur omnia malogranata tam catenatum quam retium:

CAPVT III.

383

terium: hic autem malogranata catenarum duntaxat. quae libet enim zona coronæ (vt ibi dictum est) constabat ex reti & appendice catena: & hic declaratur quod æqualis fuit numerus malogranatorum super catenarum & numerus malogranatorum super tercia, dum dicuntur centū super catenarum. Reliqua exposta vide ibi supra. Erexitque columnas iuxta faciem templi: unam à dextris & alterā à sinistris: vocauitque nomen dextrae Iachin, & nomen sinistra Boham.

CAPVT IIII.

Recit quoque altare æneum, viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, prout dubio altare holocaustorū quod erat sub diuino. & quia nihil dicitur de qualitate operis, credendū est quod fuerit factū simile altari factū a Mose: quāuis hoc fuerit lōgē maius: quia illud quinque, hoc viginti cubitorum. & decem cubitorum altitudinis. Contra lēgem videtur altitudo ista: eo quod gradibus opus erat ad ascendendum ad altare tantæ altitudinis. Solutio est quod in lege non prohibetur altaris altitudo, sed ascensus ad illud per gradus: & quia David testatus est diuina autoritate se dispositisse hæc opicia, credendum quoque est quod non per gradus, sed aliter ascendebatur ad celstitudinem altaris quando opus erat. quod tamē tardò contingebat, eo quod altare æneum mensa erat: vacuum siquidem erat ambiens altare terreum, super quod offerebant sacrificia. nec altare terreum erat altitudinis decem cubitorum: sed erat parum eleuatum à terra, & proportionatum ministerio sacerdotum & ritibus æreis altaris ruitibus igitem & sacrificia altaris.

Fecitq; mare fusile, decem cubitorum à labio usque ad labium; rotundum in circumitu: quinque cubitorum erat altitudo eius, & fonsculus triginta cubitorum ambibat ipsum per circumitū. Similitudo quoque boum erat subter illud: & decem cubitis quedam exrufescens calatura, quasi duobus versibus labium mari circumibat. Hebraicè amphibologica est constructio literæ: nam mensura decem cubitorum ad præcedentem clausulam refert potius videtur, legendo. Et similitudo boum subter illud circum circa circundantium ipsum decem cubitu, circundantium mare in circumitu. Et describitur per hoc quantitas fundi maris: quod videlicet erat decē cubitorū secundū circumitū fundi. Et deinde immedie sequitur. duo ordines boum fusorū in fusura illito. Inter

Ccc pres

SECUNDI PARATE.

pres autē iunxit decē illos cubitos cū istis ordinibus boum qui opere fusorio erāt quasi cēlati in circūitu maris ad ornatum. prima tamen lectio amplectenda est, eo quōd quantitas fundi non potest respondere duobus istis ordinibus: quoniā alter saltem ampliorem circulum maris ornabat, ut pote superior. Boues autem erant fusiles. Diuisit interpres contextum: nihil habetur respondens in hebreo nisi quod allatum est. Es stabant super duodecim boues quorum tres respiciebant ad aquilonem & tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad orientem: & mare super eos de super erat, & omnia posteriora corum intrinsecus erant. Porro vastitas eius habebat mensuram palmi. Hebraicē habetur. Et grossitudo eius latitudinem maris, quod exposuimus in libro Regum. & labium eius erat quasi labium calicis vel repandi lily. Legendum est, storia lily, quanvis non desint interpretantes rōas. describitur enim labium maris instar labij poculi, ornatum autem instar floris rosa seu lily, capiebatque mēsura tria millia metra. Hebraicē habetur facienti impleri mēsuras, tria millia tenet. Idem mensuræ nomen scribitur hic & in lib. reg. & est mēsura liquidorū. & tamen 3. reg. 7. dicitur quod duo millia bathorum capiebat: hic autē quōd tria millia. Solutio est quōd ibi describitur mēsura secundū quātitatē aquæ in cōmuni visu: hic autē secundū quantitatē aquæ quæ poterat apponi implēdo illud usque ad summū: & propter hoc significanter in litera dicitur faciēti impleri. Fecit quoque cōchas decem: & posuit quinque à dextris templi, & quinque à sinistris templi, in atrio tamen, ad lauandum in eis quæ in holocaustū oblatū erant: porro in mari sacerdotes lauabantur.

Fecit & cādelabra aurea decem. Moses fecit unum, Salomon autem decem, secundum speciem quam iusserrat fieri. Hebraicē habetur, sicut iudicium eorum, hoc est sicut iudicata sunt fieri ab ipso Daude. & posuit in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris, proculdubio ipsius templi intus: hoc est in prima parte templi quae vocabatur sancta. Fecitq; & mensas dece. Moses fecit dūtaxat vñā, Salomon autē decem pro pane propositionis. & posuit eas in templo, quinque à dextris & quinque à sinistris. Quando vnicum erat candelabrum & vñica mensa in templo, candelabrum erat à dextris (hoc est in parte meridionali) & mensa erat à sinistris, hoc est in parte septentrionali: sed multiplicatis mensis & candelabris, quinque mensæ hinc & quinque inde, & similiter quinque candelabra hinc & quinque

CAPVT III.

386

que inde posita sunt. Ordo autem inter cādelabra & mēsas, non est scriptus: an videlicet mēsa essent propinquiores sancto sanctorum an candelabra: & rursus an omnes quinque mēsas essent contiguae & similiter quinque candelabra essent contigua, an alternatim vna mensa & vñū candelabrum & sic deinceps phialas quoque aureas. Hebraicē habetur. & fecit malluニア aurea centum. Non desunt tamen interpretantes crateras.

Fecitque atrium sacerdotum & basilicam grandem. Hebraicē habetur. & stratum magnum. Ita quōd tria legitimus atria: primum viginti cubitorum ante faciem templi, quod erat mediom inter templum & altare holocaustorum: secundum atrium sacerdotū, in quo scilicet erāt sacerdotes: & tertiu atrium magnum quod hic appellatur stratum grande, in quo erat populus. & ostia in basilica quæ texit are. Hebraicē habetur. & ostia strato, & ostiagorum vestiuit are. Ista ostia appellātur ostia templi: nam stratum istud appellatur templum in quo cōueniebat populus. Mare autem posuit in latere dextro contra orientem ad meridiem. Hebraicē habetur. in oriente contrameridiem. Locus maris describitur in humero dextro templi in parte orientali contra meridiem. Humerus ergo dexter intelligitur pars dextera exenti homini à templo. & quia in humero describitur, intelligimus mare positum non ante faciem templi, sed extra templum in latere meridionali: ita quōd murus humeri templi erat septentrionalis mari, & ex parte meridionali nihil erat medium, sed patebat meridionali plagæ. & quia erat vicinum faciei templi, ideo dicitur collatum in oriente.

Fecit quoque Churam lebetes & creagras & phialas. Hebraicē habetur. & scopas & malluニア. Sed de nominibus propriis vasorum non sit quæstio: scopæ tamen repetuntur inferius. Complevitque Churam facere opus quod fecit regi Salomon in domo Dei. Nomen est Elohim. Columnas duas, & epistylia & capita. Hebraicē habetur. & rotunditates & coronas sūper caput colunarum duarū. Deinde immediate sequitur. & retiacula duo, ad operiendū duo rotunda coronarū quæ super caput columnarū. Vide que scripsimus in tertio Reg. de coronis istissimis & intelliges rotunda esse inferiores partes coronæ. Malograta quoque quadringenta duobus retiaculis. sic enim habetur Hebraicē: sed appellatione reti aculi intelligitur hic tam

Cee ij retiacula

SECUNDI PARAL.

retiaculum quād appendix catena. Deinde immediate subiungitur. duo ordines malogranatorum retiacylo vni. alter respondens terti, alter catenæ. Integrum enim zonam vnam appellamus retiaculum: non quōd propriè dicitio hebraica significet retiaculum, sed nescio quid implexum commune operi retis & operi catenæ. que protegerent epistylia & capita columnarum. Hebraicē habetur. ad tegendum duo rotunda coronatum qua super facies columnarum. Et hoc quoque expositum est in libro Regum. Basesq; fecit: & conchas fecit super bases. Mare vnum: & bases duodecim sub eo. Et lebetes & scopas & fuscinulas & omnia vasa eotam, fecit Churam pater eius regis Selomonis pro domino domini: ex are mundo. Hinc habetur quōd Salomon ut more gereret regi Tyri, imitatus est eum vocando Hiram supremum inter artifices patrem suum. In planicie Iarden fudit ea rex in argillosa terra, inter Succoth & inter Zeredatham. Fecit que Selomo omnia vasa hæc in multitudine valebat: quia non quasitum est pondus eis.

Fecitque Selomo omnia vasa que erant domus Dei. Nomen est Elohim & altare aurum. De altari thymiamatis est sermo. & mensas & super eas panem facierum. Dixerat quōd fecerat mensas decem, sed non dixerat ad quem vsum: & propterea repetendo explicat vsum pro pane propositionis qui appellatur panis facierum, quod superiorius declarauimus. Et cædabra & lucernas eorum ut atderent ante oraculum iuxta ritum ex auro puro. Et florentia quadam. Hebraicē habetur. Et flores. De floribus candelabrorum est sermo. & lucernas & forcipes ex auro. Thymiamateria quoq; & thuribula & phialas & mortasiola ex auro purissimo. Hebraicē habetur. Et instrumenta cantus & malluニア & coclearia & palas ex auro puro. Sententia clara est. & ostia celavit domus interior, id est sancti sanctorum. Superfluit celavit. & ostia templi fornicatus aurea. Interpres pro claritate addidit fornicatus, ad significandum valvas primæ partis templi que appellabatur sanctum: nam & ostia prima ipsius domus per quæ ingrediebatur in sanctum, & ostia interna per quæ ingressus erat ad sanctum sanctorum, narrantur aurea..

CAPUT V.

Perfectumque est omne opus quod fecit Selomo domus domini: & intulit Selomo omnia que voverat David pauperi. Hebraicē habetur. sanctificationes David pauperis, hoc est dicata Deo à Davide. & argenteum

CAPUT V.

387

gentum & aurum & omnia vasa posuit in thesauris domus Dei. Nomen est Elohim. Post que. Hebraicē habetur. Tunc. contextus enim actionum significatur. congregauit Selomo seniores Israel & omnia capita tribuum principes familiarum filiorum Israël ad Ierusalem: ad faciendum ascendere arcam fæderis dominii de ciuitate David, ipsa est Zion. Congregati sunt ad regem omnes viri Israel, in die solenni mēsis septimi. Venerantque omnes seniores Israel: & portauerunt Leuitæ arcam. Et intulerunt eam & omnem paraturam tabernaculi. Hebraicē habetur. Et ascendere fecerunt arcam & tentorium adunationis, & omnia vasa sanctitatis que erant in tentorio: ascendere fecerunt ea sacerdotes & Leuitæ. Et hæc omnia cum subiunctis exposita vide 3. Regum. 8. Rex autem Selomo & tota congregatio Israel que convenerat ad eum ante arcam immolabant oves & boves, que non numerabantur nec reconsuebantur præ multititudine. Adduxerintque sacerdotes arcam fæderis domini ad locum suum, ad oraculum domus ad sanctum sanctorum: subter alas Cherubim. Et fuerunt Cherubim expandentes alas super locum arce: & tegebant Cherubim arcam & vates eius desuper. Væcum autem quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebant ante oraculum: si vero quis paululum fuisse extinxerit, eos videre non poterat: fuit itaque arca ibi usque in præsentem diem. Tota ista claustrula corrignenda est. Et elongauerunt vates & fuerunt visa capita væcum de arca ante Denir, & non erunt visa fori: & fuerunt ibi usque in diem istum. Similiter enim correcta fuit litera tertij regum: ubi hæc exposta sunt. Nihil erat in arca nisi due tabulae quas posuerat Moses in Choreb: quas excidit dominus cum filiis Israel in exitu coram de Aegypto.

Egressus autem sacerdotibus de sanctuario: omnes enim sacerdotes qui ibi potuerunt inueniri sanctificati sunt, nec adhuc tempore illo vices & ministrorum ordo inter eos diuisus erat, iuxta hebreum habetur. Et fuit in exitu sacerdotum de sanctuario: quia omnes sacerdotes inuenti sanctificati sunt, non ad custodiendum divisiones. & nihil aliud scribitur. Et significatur quod in hac solennitate non sunt seruatæ divisiones sacerdotum & Leuitarum quas ordinauerat David: sed omnes sacerdotes & Leuitæ qui inuenti sunt ibi, sanctificati sunt, communiter ad hanc solennitatem concurrentes. hunc enim sensum testantur præmissa de sacerdotibus omnibus, & subiuncta de cantoribus: Asaph Heman & leduthun. Et Leuitæ cantores

Ccc iij de omni-

SECUNDI PARALI.

retiaculum quām appendix catena. Deinde immediate subiungitur, duo ordines malogranatorum retiaculo vni. alter respondens reti, alter catenæ. Integrum enim zonam vnam appellamus retiaculum: non quod propriè dictio hebraica significet retiaculum, sed nescio quid implexum commune operi retis & operi catenæ. quæ protegerent epistylia & capita columnarum. Hebraicè habetur. ad tegendum duo rotunda coronatum quæ super facies columnarum. Et hoc quoque expositum est in libro Regum. Basęsq; fecit: & conchas fecit super bases. Mare vnum: & boues duodecim sub eo. Et lebetes & scopas & fuscinulas & omnia vasa eorum, fecit Churam pater eius regi Salomonis pro domo domini: ex are mundo. Hinc habetur quod Salomon ut morem gereret regi Tyri, imitatus est eum vocando Hiram supremum inter artifices patrem suum. In planicie Iarden fudit ea rex in argillosa terra, inter Succoth & inter Zeredatham. Fecit que Salomon omnia vasa hac in multitudine valeat: quia non quasitum est pondus aris.

Feclique Salomo omnia vasa quæ erant domus Dei. Nomen est Elohim & altare aureum. De altari thymiamatis est sermo. & mensas & super eas panem facierum. Dixerat quod fecerat mensas decem, sed non dixerat ad quem vsum: & propterea repetendo explicat vsum pro pane propositionis qui appellatur panis facierum, quod superius declarauimus. Et candelabra & lucernas eorum ut ardenter ante oraculum iuxta ritum ex auro purissimo. Et florentia quadam. Hebraicè habetur. Et flores. De floribus candelaborum est sermo. & lucernas & forcipes ex auro. Thymiamateria quoq; & thuribula & phialas & mortariola ex auro purissimo. Hebraicè habetur. Et instrumenta cantus & malluvia & colearia & palas ex auro puro. Sententia clara est. & ostia calauit domus interiorum, id est, sancti sanctorum. Superfluit celavit. & ostia templi forinsecus aurea. Interpres pro claritate addidit forinsecus, ad significandum valvas primæ partis templi quæ appellabatur sanctum: nam & ostia prima ipsius domus per quæ ingressus erat ad sanctum sanctorum, narrantur aurea. .

CAPVT V.

Perfectumque est omne opus quod fecit Salomo domus domini: & intulit Salomo omnia quæ voverat David pacem. Hebraicè habetur. sanctificationes Davidis patri sui, hoc est dicata Deo à Davide. & argumentum

CAPVT V.

387

gentum & aurum & omnia vasa posuit in thesauris domus Dei. Nomen est Elohim, post que. Hebraicè habetur. Tunc contextus enim actionum significatur. congregauit Salomo seniores Israel & omnia capita tribuum principes familiarum filiorum. Israel ad Ierusalaim: ad faciendum ascendere arcam fidei dominis de ciuitate David, ipsa est Zion. Congregatique sunt ad regem omnes viri Israel, in die solenni mēsis septimi. Venerantque omnes seniores Israel: & portauerunt Leuita arcam. Et intulerunt eam & omnem paraturam tabernaculi. Hebraicè habetur. Et ascendere fecerunt arcam & tentorium adunationis, & omnia vasa sanctitatis quæ erant in tentorio: ascendere fecerunt ea sacerdotes & Leuitæ. Et hæc omnia cum subiunctis exposita vide 3. Regum. 8. Rex autem Salomo & tota congregatio Israel quæ convenerat ad eum ante arcam immolabant oves & boues, quæ non numerabantur nec recensabantur præ multitudine. Adduxerintque sacerdotes arcam fidei domini ad locum suum, ad oraculum domus ad sanctum sanctorum: subter alas Cherubim. Et fuerunt Cherubim expandentes alas super locum arcae: & tegebant Cherubim arcam & vèctes eius desuper. Vecillum autem quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebant ante oraculum: si verò quis paululum fuisset extrinsecus, eos videre non poterat: fuit itaque arca ibi usque in presentem diem. Tota ista clauilula corrigenda est. Et elongauerunt vèctes & fuerunt visa capita vecillum de area ante Denir, & non erunt visa foris: & fuerunt ibi usque in diem istum. Similiter enim correcta fuit litera tertij regum: ubi hæc exposita sunt. Nihil erat in arca nisi due tabulae quas posuerat Moses in Choreb: quas excidit dominus cum filii Israel in exitu eorum de Aegypto.

E greſſus autem sacerdotibus de sanctuario: omnes enim sacerdotes qui ibi potuerunt inueniri sanctificati sunt, nec adhuc tempore illo vices & ministrorum ordo inter eos diuisus erat, luxa hebreum habetur. Et fuit in exitu sacerdotum de sanctuario: quia omnes sacerdotes inuenti sanctificati sunt, non ad custodiendum divisiones. & nihil aliud scribitur. Et significatur quod in hac solennitate non sunt seruatæ divisiones sacerdotum & Leuitarum quas ordinauerat David: sed omnes sacerdotes & Leuitæ qui inuenti sunt ibi, sanctificati sunt, communiter ad hanc solennitatem concurrentes. hunc enim sensum testantur præmissa de sacerdotibus omnibus, & subiancta de cantoribus: Asaph Heman & leduthun. Et Leuitæ cantores

Ccc iii de omni-

SECUNDI PARAL.

de omnibus ipsis (de Asaph, de Heman de Leduthum & de filiis eorum & de fratribus eorum) vestiti byssō cum cymbalis & psalteriis & citharis, stabant in oriente ad altare. Apposituam intelligo constructionem: quod erant relativē ad templum in oriente, apposituē ad altare holocaustorum, in atrio proculdubio sacerdotum. & cum eis cantores. Hebraicē habetur. & cum eis sacerdotes centum & viginti, clangentes tubis, sacerdotum siquidem officium erat clangere tubis secundum legem Mosis. Igitur cunctis pariter & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diversi generis musicorum concinuentibus. Luxta Hebræum habetur. Et fuit sicut unus, clangentibus & cantoribus ad faciendum audiē vocem unam. Concordia canentium & clangentium significatur. Et immediate subditur, ad laudandum & ad confitendum Iehouah. Deinde immediate sequitur. & in elevatione vocis in tubis & cymbalis & instrumentis cantus, & in laudando Iehouah quod bonus, quod in æternum gratia eius; et domus impleta est nube domus Iehouah. Egressis sacerdotibus ex ipsa domo Dei posita arca in loco suo, hæc omnia subsecuta describuntur, offiendo si quidē sacrificia, sonus & cantus adhibebātur: & quantū litera innuit, in tēpore quo eleuata est vox canētū Deo hymnū quoniā bonus quoniā in æteinū misericordia eius, nubes lucida similis caligini impleuit domū, domū inquit Iehouah. Et non poterat sacerdotes stare ad ministrandū. Redūdabat extra domum caligo illa: & propterea molesta erat oculis sacerdotum sub diuo ministrantium, propter caliginem. Parui refert quod hebraicē habetur, à facie nubis, ut in libro regum declarauimus, compleuerat enim gloria domini domum Dei. Hebraicē habetur, impletuit enim honor Iehouah domum Elehim, intus & extra.

CAPUT VI.

 Vnde Salomon ait: dominus pollicietus est. Heb. habetur, dixit quod habitaret in caligine. Et hæc quoq; cum subiunctis vide exposita, 3, reg. 8. Ego aut̄ adificans domum nomini eius ut habitaret ibi in perpetuū. Clavis hæc corrigenda est: nam hebraicē habetur. Et ego adificavi domum habitaculum tibi: & directiones habitationi tuae in secula. Exponit ipse Salomon qualiter sit templum habitaculum Dei: videlicet pro quanto est directio ad æternum Dei habitaculum. Et vere sic est: quoniā templum ad hoc est ut dirigit mentes & vota hominum ad ipsum Deum habitarem in seipso.

CAPUT VI.

338

seipso. ipsa enim directio metrum quam templum causat, est habitatio Dei in templo. Veritatis rex faciem suā, & benedixit toti congregatiōi Israēl: & omnis congregatio Israēl stabat intenta. Superfluit intenta: sed multa minuta corrigenda essent in hoc capitulo, quæ omitto quia materia nō exigit. Et capitulū hoc usq; ad finem exclusiū fere eidem verbis habitum & expōsitu est, 3, reg. 8. Et ait: benedictus dominus deus Israēl qui locutus est ore suo ad David patrem meum, & in manu eius cōpletus dicens. A die qua eduxi populum meū de terra Aegypti, non elegi ciuitatem de omnibus tribubus Israēl ad adificandum domum ut esset nomen meum ibi: & non elegi virū ut esset dux super populum meum Israēl. Sed elegi Ierusalaim ut sit nomen meū ibi: & elegi David ut sit super populum meū Israēl. Voluntatis David pater meus adificare domū nomini domini Dei Israēl. Et ait dominus ad David patrem meū: quia fuit in corde tuo ut adificares domum nomini meo, beneficisti quia fuit in corde tuo. Veruntamen tu non adificabis domū, sed filius tuus qui egredietur de lumbis tuis. Hebraicē habetur, quia filius tuus egrediens de lumbis tuis, ipse adificabit domum nomini meo. Et significatur per hoc quod nondum erat natus ille filius. Confirmauitque dominus sermonem suum quem locutus est: & surrexi pro David patre meo, & sedi super solium Israēl sicut locutus est dominus, & adificauit domum nomini domini Dei Israēl. Et posui ibi arcā, in qua est fœdus domini quod pepigit cum filiis Israēl.

S Tertius corā altari domini, è regione totius cœtus Israēl: & expandit palmas suas. Siquidē fecerat Salomon basim aream, & posuerat eam in medio basilice. Hebraicē habetur. Quia fecit Salomon conchā aream & posuit eam in medio strati: quinque cubitorū longitudine eius, & quinq; cubitorū latitudo eius, & cubitorū triū altitudo eius, duo de hoc suggesto narrantur notanda. primū p erat in forma concha, non quod ad rotunditatem (quia erat quadratum: vt pote quinque cubitorum tam in longitudine quam in latitudine) sed quod ad latera. habebat enim quasi paries parum altos, sicut habet concha: ita quod planicies suppedanea existentiā in illo suggesto nō videbatur ab extra existentibus, persona autem ibidem etiam genuflexa videbatur. Alterum quod non in atrio sacerdotum, sed in supradiaco magno strato posuit Salomon regium suggestum. ex tunc enim cōspit diuersitas locorū pro sacerdotib⁹ & pro regibus: & rex in loco populi suum habebat suggestum, non in sacer-

Ccc iiiij dotum

SECUNDI PARALI.

dotum choro, stetitque super illam & genuflexit se super genua sua
in regione totius cattus Israël, & extendit palmas suas ad celum. Et
altissim deus Israël non est similis tibi deus in celo & in terra, cu-
mōdiens pacium & gratiam serui tuis ambulantibus coram te in to-
po corde suo. Qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo, quod locutus
es ei locutusque es ore tuo & manu tua implesti secundum diem
hanc. Et nunc domine Deus Israël custodi seruo tuo Dauid patri meo
quod locutus es ei, dicendo non excidetur tibi vir à facie mea sedens
super thronum Israël: veruntamen si custodierint filii tui viā suam,
vt ambulent in lege mea, sicut ambulasti coram me. Et nunc domine
deus Israël firmatus verbum tuum quod locutus es seruo tuo Dauid.
(Sed an vere habitat deus cum homine super terram? ecce calū &
cali calorū non capiunt te, quanto magis dominus hæc quā adificauit?)
Et respicias ad orationem serui tui, & ad depreciationem eius domi-
ne deus meus; ad audiendum hymnū & orationem qua seruus tuus
orat coram te. Ut sim oculi tui aperti ad domum istam die ac no-
tæ, ad locum de quo dixisti quod poneres nomen tuum ibi: ad au-
diendum orationem qua orat seruus tuus ad locum istum. Et ex-
audias depreciationem serui tui & populi tui Israël qua oraue-
rint ad locum istum: & tu exaudiás de loco habitationis tuae de ca-
lo, & exaudiás & parcas.

Si peccauerit quispiam in proximum suum, & leuauerit contra
eum iuramentum ad faciendum iurare eum: & veniret iuramentum
coram altari tuo in domo ista. Ettu exaudiás de celo & facias &
judices seruos tuos: reddens impio dando viam eius in caput eius, &
iustificans iustum dando ei secundum iustitiam eius. Et si ca-
sus fuerit populus tuus Israël coram inimico, quia peccabunt tibi: &
reuersi fuerint & confessi fuerint nomen tuum, & orauerint & de-
precati fuerint coram te in domo hæc. Et tu exaudiás de celo, &
parcas peccato populi tui Israël: & reducas eos ad terram quam deo-
disti eis & patribus eorum. Cum clausum fuerit calum & non
fuerit plunia quæ peccabunt tibi: & orauerint ad locum istum &
confessi fuerint nomen tuum, & à peccato suo reuersi fuerint cum af-
fixeris eos. Et tu exaudiás de celo, & parcas peccato seruorum tuo-
rum & populi tui Israël: quia docebis eos viam bonam per quam
ambulent, & dabis pluniam super terram quam dedisti populo tuo
in hereditatem. Fames si fuerit in terra, aut pessis, aut corruptus
ter, aut crugo, aut locusta, aut bruchus, si obfederit eum inimicus e-
ius in terra portarum eius: omnis plaga & omnis infirmitas. Omnis
ratio, omnis deprecatione qua erit omni homini & toti populo tuo Is-
rael

CAPVT. VI.

389

rael: qui cognoscēt vñusquisque plagam suam & dolorem suum
& expandent palmas suas ad domum istam. Et tu exaudiás de ce-
lo loco habitationis tuae, & parcas & des vnicuique iuxta vias e-
ius, qui nosti cor eius: tu enim solus nosti cor filiorum hominis. Ve-
timeant te ambulando in viis tuis omnibus diebus quibus vivunt su-
per faciem terre quam dedisti patribus nostris. Et etiam alieni-
gena qui non est de populo tuo Israël, si venerit de terra longinquā
propter nomen tuum magnum, & manum tuam robustam, & bra-
chiū tuum extensem, & orauerit ad domum istam. Et tu exaudiás
de celo de loco habitationis tuae, & facias iuxta omnia pro quibus
iuxocat te alienigena: ut noscant omnes populi terra nomen tuum,
& timeant te sicut populus tuus Israël, & ut cognoscant quod nō
nomen tuum iuxocatum est super domum hanc quam adificauit. Si
egressus fuerit populus tuus ad bellum contraria inimicos suos per viam
qua misericors es, & orauerint ad te in via ciuitatis huius quam ele-
gisti & domus quam adificauisti nomini tuo. Exaudiás de celo ora-
tionem eorum & depreciationem eorum: & facias iudicium eorum.
Si peccauerint tibi (nō est enim homo qui non peccet) et iratus fue-
rit contra eos & tradideris eos coram inimicis: & captiū duicti fue-
rint ad terram longinquam vel propinquam. Et redierint ad cor-
sum in terra ad quam captiū duicti fuerint: & reuersi fuerint, &
orauerint ad te in terra captiuitatis sue dicendo, peccauimus, iniuste-
egimus, impiè egimus. Et reuersi fuerint ad te in toto corde suo & in
tota anima sua in terra captiuitatis sue ad quam duicti fuerint: &
orauerint in via terra eorum quam dedisti patribus eorum, & ciuitat-
is quam elegisti, & domus quam adificauisti nomini tuo. Exaudiás
de celo de loco habitationis tuae orationem eorum & depreciationem
eorum: & facias iudicium eorum, & parcas populo tuo qui pecca-
uerit tibi. Igitur deus meus sint quæ oculi tui aperi & aures tue
intenta ad orationem loci huius.

Nunc igitur consurge domine deus in requiem tuam. Hæc ver-
ba in calce orationis Salomonis ex psalmo Dauidis lumpera,
petitiones quinque continent iuxta hebraicam veritatem.
Et nunc surge lebouah Elohim in requiem tuam, tu & arca forti-
tudinis tue. Hæc prima petitione supplicat pro perseverantia
divina gratia in templo: vt ad instar surgentis stet fons ef-
fendi & gubernator ad quiescendum in templo, ipse colla-
tor gratiarum & sensible signum eius arca fortitudinis e-
ius: vt pote quæ tot fortitudinis effectus monstraverat tem-
poribus elapsis: siccando Iordanem, diruendo Iericho &c.

sacerdotes

SECVNDI PARALI.

sacerdotestui Iehouah Elohim induantur salute. Orat secundū pro sacerdotibus ut tantam habeant salutem ut illa vestiantur. & misericordes tui latentur in hono. Petit tertio pro vniuersis misericordibus ppter Deum: utpote qui assimilantur deo cui proprium est misereri: ut qui pro aliena miseria se tristes reddunt commiserando, diuina lætentur largitate. Iehouah Elohim ne auertere facias faciem Christi tui. Quarto petit pro seipso, ut deus exaudiat ipsum. quando enim non exauditur aliquis, tunc facies orantis vertitur vacua gratia, tanquam repulsa à non exaudiente. memento gratiarum Davidis serui tui. Quinto petit ut quas pollicitus est deus gratias Davidi pro semine illius, instar recordantis impletat.

CAPVT VII.



Vnq̄ compleset Selomo orare, ignis descendit de celo & devoravit holocaustum. Secundus est iste de celo ignis deuorans holocaustum. & victimas. hoc est adipes & munera quæ incēdebantur Deo. & maiestas domini. Hebraicē habetur. & honor Iehouah implevit domū. Secunda est hæc splendida caligo implens domum Dei. prima enim ante orationē Salomonis fuerat; hæc autem completa oratione simul cū igne aduenit. Nec poterant sacerdotes ingressi domum domini: quia impleuerat honor domini domum domini. Maior narratur caligo hæc quam prima, ex hoc quod ista etiam ingressum in templū prohibebat. Omnesque filii Israël videbant descendērem ignem & honorem domini super domū. Hinc apparet quod nubes illa implebat domum intus & extra. & corruerunt proni in terram super pavimentum, & adorauerunt confitendo domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Hebraicē habetur. gratia eius. Vbi vides quod etiam prostratus populus hymnum hunc Davidis sonabat gratias agēdo.

Rex q̄ & totus populus immolabāt victimā coram domino. Et sacrificans Rex Selomo sacrificiū, bōū vigintiduo millia & ouīū centū & viginti millia: & dedicauérunt domum Dei rex & totus populus. Dictio interpretata Dei est nomen Elohim. Et intellige dedicationē factam ab unoquoque proportionaliter: à rege ut rege, à populo ut populo, à sacerdotibus ut sacerdotibꝫ: ab unoquoq; secundū propriū officiū honorandi, offerendi, cōsacrādi &c. Sacerdotes aut in custodia sua stabant, & Lenite cū instrumentū cantu domini quām fecit David rex ad confitendum domino quoniam

CAPVT. VII.

396

viam in seculum gratia eius, hymnos David canētes per manus suas. Hebraicē habet. laudante Davide in manibus eorū. narratur siquidem q̄ ea canebant quæ fecerat. David dū laudaret Deū per manus cantorum. sacerdotesq; clangebant ē regione eorum, & torus Israël stabant. Sanctificauitq; Selomo medium arū quod erat ante domum domini. quod videlicet erat inter templū & altare. Sanctificauit autem opera sacerdotum ad offerendum ibi holocausta & adipes pacificorum: quia altare unum quod fecerat Selomo, non posset sustinere holocaustum et sacrificia. Hebraicē habetur. & minus. hoc est similam cremandam Deo. & adipes. Sola ea quæ Deo creabantur, in altari holocaustorum erant posita: sed tunc tanta fuit multitudine cremandorum Deo, ut oportuerit partem atrii supplere pro altari. Fecitque Selomo festiuitatem in tempore illo septem diebus & torus Israël cum eo, ecclēsia magna valde: ab introitu C̄anath usque ad torrentem Aegypti. Feceruntq; die octavo collectam. Hebraicē habetur. strictionē, de qua aliás diximus super pentateuchum: est enim sermo de die octavo relativè ad initium festi tabernaculorum iuxta legem Mosis. eo quod dedicassent altare. Heb. habetur. domū. hoc est templum septem diebus, & festiuitatem septē diebus. septē enim diebus durauit dedicatio templi: & iterū septem durauit solennitas tabernaculorū. Die autem vigesimatercia mensis septimi dimisit populum ad tentoria sua: latos & alacri corde super bono quod fecerat dominus Davidi & Selomonis & Israëlis populo suo. Festum tabernaculorum incipiebat die 15. & consequenter dies 22. erat dies octauus: ac p̄ hoc 23. die populus abiit perfectis festiuitatis. Reliqua vide exposita in tertio regum cap. 8. Complevitq; Selomo domum domini & domum regis: & omnē quod uenit in cor Selomonis ad faciendum in domo domini & in domo sua, prosperè fecit.

Apparitq; dominus Selomonis in nocte. Apparitio hæc tristata est 3. reg. 9. & (ut patet ibidem) apparitio ista non fuit immediate post istam solennitatem, sed vigesimo quarto anno regni Salomonis: nam fuit post adificatam etiam domum regiam, ut ibidem dicitur. & ait ei: audiuī orationē tuam, & elegi mihi locum istum in domum sacrificij. Si clausero celum & non fuicit pluvia, & si præcepero locusta ut devoret terram, & si misero pestilentiam in populum meum. Et humiliauerint se populus meus super quos invocatum est nomen meum, & orauerint